

B. 51.

In hoc libro continetur

1. F. L. ANCKII

Bibliotheca Nouissima Sectio I — XI.

Bibliotheca Academica Sectio IV.

2. Sperlette an Ratio in rebus moralibg recta et perfecta dici possit

3. Schüßleri.

De commercio inter animam et corpus.

De natura actionum humanarum.

De officiis hominis erga semet ipsam

4. Shümigii

De arboribus ex folio educatis.

De immortalitate animae ex intima eius natura deducta

De propagatione luminis per Systema Planetarium

Phaenomenon singulare solis.


De pondere nubium

Specimen Architecturae Civ. ad Politic. applic. ! Cura Principis circa Aethiopia.

5. Waltheri de Philosophiae Natalibus

6. Wolfii Consideratio hyemis proxime praeteritae

7. Catalogus librorum Biliosopolii Orphanoti. ¹⁷⁷⁸ Hall.
xv. Programmata.





CHRISTIANI WOLFFIL,

POT. REGIS PORUSSIÆ, CONSILIARII AULICI,
 MATHEM. ET NATUR. P. P. O. SOCIET. REG.
 BRIT. ET PORUSS. SODALIS

EPISTOLA GRATU-
 LATORIA

AD

NOBILISSIMUM

DN. RESPONDENTEM.





EPISTOLA GRATU-
LATORIA
AD
MAGNIFICENTISSIMUM
DN. RESPONDENTEM.



Ariora Naturæ phænomena
ab antiquissimis tempori-
bus futuri quidpiam præsa-
gire visa, ipso *Cicerone* iudice
(a), *Portentorum* nomen
ideo meruere: quod mali
quidpiam portendere cre-
ditur, vel quia portento
simile videtur, cum cir-
cumstantiæ singulares aliquid insoliti aut singulare
præ

(a) Lib. 1. de Divinat. c. 42.

præ se ferant, in *prodigiorum* numero habetur. In erudita, quam publice defendis, Nobilissime Respondens, dissertatione luculento Solis cælo fereno pallescentis exemplo probas, quæ portentosa & prodigiosa habentur, non minus naturales habere causas atque ex iis explicari & comprehendi, quam quæ quotidiana sunt & vulgaria. Equidem non desunt, qui ea de causa prodigia atque portenta in superstitionem vertunt, indignantibus prodigiorum & portentorum patronis, & Naturæ scrutatores suspectos reddere conantibus, quasi eorum culpa eveniat, quod, quem ipsimet portentis atque prodigiis decernunt, honor iisdem minime deferatur. Enimvero non Physicorum industria, sed Metaphysicæ verioris ignorantia hoc peperit præjudicium. Hanc ego fere sepultam, antequam excoleretur, ab inferis quasi resuscitavi & in ea omnis cognitionis solidæ fundamenta contineri luculenter demonstravi, immo absque ipsius ope Philosophiam pragmaticam minime obtineri clarissime ostendi, applaudentibus melioribus, ringentibus in angulo invidis, quorum aut nulla, aut certe perquam exigua in Republica literaria est autoritas a nobis, qui melioribus suffragiis dudum vicimus, flocci atque nauci pendenda. Ex principiis itaque Metaphysicis, quæ demonstrativa quadam ratione stabilivi, claret, omnia in universo pulchro quodam nexu inter se coherere atque eo potissimum adductum fuisse Numen sapientissimum, ut præsentem rerum seriem alteri cuique protulerit, ad quam non minus quam ad præsentem sese extendebat potentia ipsius. Ex iisdem porro liquet, quicquid vi huius nexus sequitur ex præcedente, inter fi-

nes referri debere, quos Deus sapientiæ suæ
convenienter per ipsam rerum Naturam consequi
intendit. Hæc qui perpendit, portenta atque pro-
digia a vanitate omninoda facile absolvet atque
superstitioni limites assignabit. Nec tempus, nec
locus patitur, ut ea uberius deducamus. Sparsum
femina, quæ, ubi in aliorum hortis efflorescere vi-
debimus, nobis voluptatem parient. Tu, doctis-
sime Respondens, sedulam hætenus Te præbuis-
dogmatum meorum auditorem & in iis haud con-
temnendos fecisti progressus, ut, quid profeceris,
publico specimine docere satagas. Applaudo
Tuis conatibus & quævis prospera apprecor atque
ominor. Non deerunt Patroni, qui eo, quem
mereris, favore Te amplexi digna studiis Tuis fo-
lidioribus præmia decernent. Dabam in al-
ma Fridericiana d. 27. Martii 1722.




Af 364^a


ULB Halle 3
001 602 721



Sb.







B.I.G.

Farbkarte #13

11



CHRISTIANI WOLFFII,
POT. REGIS PORUSSIAE CONSILIARII AULICI,
MATH. ET NATUR. P. P. O. SOCIET. REG.
BRIT. ET PORUSS. SODALIS

EPISTOLA GRATU-
LATORIA

AD

NOBILISSIMUM
DN. RESPONDENTEM.

